



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Martyrvm S. Et Gloriosae Virginis Cæciliæ: & qui cum ipsa erant SS.
Valeriani, Tiburtij & Maximi: Ex eo quod est apud Metaphrasten. Coronata
est anno Christi 232. Urbani Papæ 6. & vltimo, Alexandri ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

milia faciunt, vt non frustra eodem etiam dici nomine & quasi germanæ sorores & eiusdem ferè classis esse viderentur. Quod prior Anna ob sterilitatem contempta, precibus à Deo cōtendit & exoravit, vt Deo charam haberet offerretque in templo sobolem, id nostra etiam Anna, cū simili modo laboraret ac eodem remedij genere vteretur, foeliciter est consecuta: pro Samuele Mariam summo DEO dedicans, ac in templo instituendam relinquens.

Et quidem trimula in templo præsentata, *Quatuordecim annorū* ibi in sanctis sanctorum vndecim traduxit annos. Deinde sacerdotum manibus Iosepho ad *despondetur Iosepho.* custodiam est tradita: apud quem quum menses exegisset quatuor, ab Angelo Gabriele lætum illud accepit nuncium. *Lucæ 1.*

MARTYRIUM S. ET GLORIOSAE VIRGINIS CECILIE: & qui cum ipsa erant SS. Valeriani, Tiburtij & Maximi: Ex eo quod est apud Metaphrasten. Coronata est anno Christi 232. Urbani Papæ 6. & ultimo, Alexandri verò Imperat. 9. *Vide Tom. 2 & 9. Annal. C. Baron. & Notat. ad Marty. Rom.*

22. Nouē.
QUAM admirandum veræ dignitatis lumen in sacratissima hac virgine Cæcilia eluceat, nemo vllis verbis pro dignitate explicare poterit. A teneris namque annis cunctas cogitationes ita ab humanis rebus ad religionis & sanctimonie studium traduxit, vt non modò in seipsa tenues humanæ mentis opes incredibili constantia roborauerit, sed in alijs etiam diuinæ mentis effigiem illuque infuscatam admirabili splendore illustraue-

*Valerianus
ambit eius
nuptias.*

*Caecilia in-
duta cilicio
sub preciosis
vestibus.*

Psal. 118.

*Alijs epulā-
ribus illa ie-
iunijs suam
Deo cōmen-
dat castita-
tem.*

*Aperit suo
sponso secre-
tum cordis
sui, & sua-
det ut cre-
dat ac bap-
tizetur.*

strauerit. Cū enim Valerianus eximia cor-
poris animique specie iuuenis, immodico il-
lius amore accensus, nihil non moliretur ve-
cupitis eius nuptijs summa parentum volun-
tate, potiri posset; Caecilia quanquā auro gem-
misque extrinsecus ornata, mundo ad oculum
nonnihil seruire cogere, ad carnem tamen
cilicio induta illicitos motus egregiè refrēna-
bat, animumque Euāgelica lectione ad solum
Christi amorem assiduò excitabat. Cumque
Valerianus amore cæcus eò rem deduxisset, vt
parentes filiam ei suā magno cum gaudio de-
spondissent, iamque dies thalamo constitutus
adesset, & omnia immodica lætitiæ significa-
tione resonarent, Caecilia, quæ solo Christi a-
more ardebat, tacito corde hæc sine intermis-
sione Deo psallebat. Fiat, Domine, cor meum
& corpus immaculatum in iustificationibus,
vt non pudore afficiar. Cumque alij epulis &
lætijs die nocteque operam darent, illa toto
biduo triduo ve ieiuna precibus lachrymisque
suam Deo castitatem commendabat: & sanctos
sanctasque omnes vt perpetuam castimonie
virtutem pariter à Christo impetrarent, eni-
xè rogabat.

Interea nox illa aduenit, in qua spōsus Va-
lerianus desideratis diu amplexibus fruere-
tur. Tum verò Caecilia virgineo pudore sponsum
intuens blando eum compellans alloquio: O,
inquit, dulcissime charissimeque adolescēs, est
mihi arcanum quod tibi aperiam; si tamen iu-
reiurando affirmare velis, te omnia celaturū.
Dedit sine mora fidem Valerianus, se nullis in-
fidijs vel quacunque demum necessitate cha-
rissi-

rissimæ sponsæ arcana proditurum. Tunc illa: Noueris, inquit, Angelum Dei me habere amicum, qui summo zelo corpus meum custodit. Itaque si vel leuiter incesto me amore pollueretentaueris, is protinus iram in te suam expromet, floremque pulcherrimæ iuuentutis tuæ disperdet. Sin autem cognouerit quod simplici & immaculato mei amore tenearis, & virginitatem meam integram & impollutam custodias, ille pari te prosequetur amore, & ineffabilem tibi gratiam ostendet. His auditis Valerianus timore quodam non sine Dei numine affectus: Si vis, inquit, me fidem verbis tuis adhibere, ostende mihi ipsum Angelum. Sin autem alium virum in amore mihi proponis, profecto ego & te & illum mucrone confodiam. Tunc virgo castissima: Si velis, inquit, fonte salutari animum tuum expiare, certè poteris Dei Angelum contemplari. Est verò tertio ab Vrbe lapide quidam ætate venerandus, qui tibi cæleste potest conferre lauacrum: quo ablutus & candidis indutus vestimentis Angelum Dei confestim videbis. Vade igitur ad viam Appiam vbi magnam pauperum reperies multitudinem: qui quidem arcani mei præclare conscij venerandum tibi senem exhibebunt.

Vestes baptizatorum.

Tunc profectus Valerianus iisdem indicijs sanctum inuenit Vrbanum Pontificem secundam confessione insignem, qui in sanctorum martyrum monumentis latebat occultus. Is missum ad se à sancta Cæcilia Valerianum magno excepit cum gaudio, fufisque præ læticia lachrymis Christi numen ardentè precatus est, vt tetram erroris caliginem ab oculis Valeria-

S. Vrbanus Pontifex.

leriani auferre dignaretur. Et ecce illo adhuc orante, senex repente ante eum apparuit, candidissimo vestiũ splendore coruscans, quita-bellam aureis inscriptam litteris tenebat. Quo conspecto Valerianus propè exanimis factus repente concidit: totusque tremebundus zegrè ab ipso sene erectus est. Iussus deindè scripturam legere hæc eadem ibi verba exarata inuenit: Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma: Vnus Deus & pater omnium qui est super omnia, & in omnibus, Amen.

ephes. 4.

Hæc ut legit: Sacerdos, num ijs fidem preberet, interrogauit. Cumque Valerianus magna voce exclamans se credere dixisset, senex ab oculis eius repente euanuit, & ipse manibus S. Urbani Pontificis sacro baptismate lustratus est. Indè verò candidis indutus vestibus domũ reuertens, Cæciliam inuenit precibus vacantem, cui Dei angelus micantis glorię specie adstabat scintillans, duas manu tenens coronas, rosis lilijsque mirificè splendentes. Quarum vnã dedit Cæcilię, alteram verò Valeriano dicens: Has corde immaculato & puro corpore custodite, ex ipso paradiso Dei ad vos allatas. Nunquã marcescent, neque suauitatem odoris amittent: neque ab vllõ mortaliũ conspici poterunt, nisi cui castitas placet, quomodo probatum est, eam vobis placere. Et tu, ò Valeriane, quia castitatis consilio assensus es, mandat per me tibi Christus IESVS, vt postules quidquid animo tuo collibitum fuerit, certus te nequaquam postulato frustratum iri. Valerianus hæc audiens vix præ lætitia mentis cõpos exclamauit: Cũ nihil mihi sit vnici
fra-

*Valerianus
à S. Urbano
baptizatur.*

*Videt Ange-
lum Dei a-
pud Cæci-
liam.*

fratris mei praesentia in hac vita dulcius, sup-
plex contendo ut mecum pariter ab infano i-
dolorum cultu liberatus in Christi confesio-
ne perfectus euadat.

Hic ergo finitis sermonibus, forma visio-
nis angelicæ ab oculis eorum ablata est: illisq;
in Christo latentibus, aduenit Tiburtius, qui
casto osculo fratris sui sponsam salutans, pro-
tinus suauissimum rosarum liliorumque per-
cepit odorem. Unde admirans: Ecquid est hoc,
inquit, quod insolito hoc tempore rosas & lilia
olfacio? Fateor, ad eum hoc odore recreatus sum,
ut nouum plane spiritum mihi concepisse vi-
dear. Cui Valerianus: Bonum odorem accepi-
sti frater, cum ego, ut acciperes, Deum roga-
rim. Accipies autem & amaranthinam coronam
cum eum fide menteque perceperis, cuius in
rosis ipsi sanguis florescit, & in lilijs cuius
corpus albescit. Habemus enim coronas, quas
oculorum tuorum acies intueri nequit, igneo
rosæ rubore niueoque candore fulgentes. Di-
cit ei Tiburtius: In somnis hæc audio: an ve-
ritate dicis Valeriane frater? Cui Valerianus:
In somnis hucusque viximus, o frater charissi-
me. Iam enim Dei gratia illustrati in veritate
sumus, & non est in nobis mendacium. Dij nam-
que quos hucusque nefario & detestabili cul-
tu profecuti sumus, reuera sunt dæmonia. Un-
de, inquit Tiburtius, cognouisti esse dæmonia?
Respondit Valerianus: Ab Angelo edoctus co-
gnoui, quem tu quoque intueri poteris, si ab o-
mnibus idolorum sordibus mundus extite-
ris. Tum Tiburtius: Si angelum, inquit, intueri
licet, nulla quaeso sit expiationis mora.

His

*Sancta &
honesti Va-
leriani peti-
tio.*

*Tiburtius
frater Vale-
riani.*

*S. Cecilia
differit egre-
giè de fidei
mysterijs.*

*Tiburtius
credit in
Christum.*

*Tiburtius à
S. Urbano
baptizatur.*

*Exercitia
SS. Valer.
& Tiburt.
* Turgius.*

*SS. Marty-
res compræ-
hensi iudici
exhibentur.*

His ita constitutis Cæcilia idolorum vani-
tatem & abominationem luculentis verbis ei
ob oculos proposuit, tantaque Christianæ elo-
quentiæ præstantia de vno Deo & Sanctissimæ
Trinitatis mysterio, ac postremò, de vitæ huius
fragilitate, infinitisque ærumnis & calamita-
tibus circumuenta, differuit, vt Tiburtius ad
pedes eius prouolutus, cum multis lachrymis
gemitibusque exclamaret: Habeant insipien-
tes lucrum præsentis temporis: Ego autem, qui
in hodiernum vsque diem omnis rationis vixi
expers, absit vt de cætero vitam ducam priori
conformem. His dictis, vna cum fratre Vale-
riano ad Vrbanum Pontificem festinus abiit,
ei que se supplex Iustrandum exhibuit. Iustra-
tus ilicò cum fratre totum se pietatis operibus
dedit, consecrauitque: ita vt sepeliendis san-
ctorum martyrum corporibus totos dies insu-
darent.

* Turcius, quem etiam Almachium dictum
ferunt, Urbis eo tempore Præfectus, immanem
in Christi seruos persecutionem exercebat;
qui cum Valerianum & Tiburtium sepelien-
dis sanctorum corporibus præcipuam operam
nauare intelligeret, confestim eos compræhe-
di & tribunali suo offerri præcepit. Itaque à
militari cohorte cõpræhensi, ad Almachium
Præfectum vincti perducti sunt. Quos Alma-
chius aduentantes subridens ita affatus est: In-
sipientes, miseri, & nescio quo errore decepri,
itanè, præclaro & nobilissimo stemmate pro
nihilò habito, vos abiieistis, vt mendicis & vl-
cerosis hominibus, &, quod dictu fœdus est,
sceleratorum hominum corporibus sepelien-
dis

dis operam vestram nauare statuat? Ad ea Valerianus placida mente ita respondisse dicitur: Tu quidem nos deliros, pro tua prudentia, iudicas, quod communi cum alijs latitia in hac vita non fruamur. Sed aderit aliquando tempus, quo pro hisce laborib. & lachrymis, millecuplos recipiemus fructus; & summa cum exultatione metemus, quæ nunc in lachrymis seminamus. Vos autem, qui huius vitæ delicias tanto studio & securitate exquiritis, ecquid vobis præmij post hanc vitam repositum existimatis?

*Valerianus
egypti iudici
respondet.*

psalm. 125.

Præfectus his auditis animi furorem compescere nequens, virgis in Valerianum animaduerti præcepit. Valerianus dum cæderetur læto animo & vultu hilari Romanos hortabatur, ne ijs supplicij à Christi confessione terrerentur. Præfectus verò: Tarquinij, qui ei à consilijs erat, hortatu inductus, vt celerem vtriusq; mortem inferret, nè amplissimas suas facultates pauperibus distribueret; tam Valerianum quàm Tiburtium à Maximo cubiculario suo ad Iouis statuam deduci, & sacrificare recusantes vltimo affici supplicio præcepit.

*Ceditur vir-
gis Valerianus.*

Porrò Maximus cum duos fratres iuuentutis flore vernâtes incredibili alacritate ad supplicium properare cerneret, obortis lachrymis eos deslere & magno eiulatu prosequi. Nec se diutius continere valens: Quæ est, inquit, hæc mentis vestræ dementia, vt tanto cum gaudio in pestem antè oculos positâ ruatis? Cui Tiburtius: Nos si non aliam vitam, omnibus delicijs, & diuitijs, & honoribus florentissimam expectaremus, profectò non tanta alacritate ad ter-

*SS ad mortem
fessurum,
letantes.*

minum praesentis vitae properaremus. Et quae, inquit Maximus, alia potest superesse vita? Respondit Valerianus: Eam tuis ipse oculis in nostro agone contemplari poteris; si tamen promittere velis, te ex animo idolorum errori renunciaturum. Ad ea Maximus, anathemate se ipsum deuouens, respondit: Equidem flammis ignis sempiterni consumi velim, nisi unum Deum libens confiteri paratus sim, si modo aliam cunctis mortalibus, post hanc vitam, constitutam esse ostenderis. Et quidem ostendemus, inquit sancti martyres: tantum nos domum tuam abduci praecipere. Abducti igitur a lictoribus in domum Maximi, mox luculenter cuncta Christianae fidei mysteria Maximo eiusque familiae explicarunt: breuique omnes ab errore in admirabile Christi lumen transtulerunt.

Maximus et multi alij conuertuntur ad Dominum.

Plectuntur capite SS. Valerian & Tiburtius.

Maximus cernit SS. martyrum animas ab angelis in caelum deduci.

Plumbeis globis necatur.

Post quae pariter ad locum certaminis, qui Pagus dicitur, quarto ab vrbe lapide situs, ducti, capitis abscissione gloriosas martyrij coronas adepti sunt. Intererat spectaculo Maximus recens baptizatus: qui angelos Dei caelico fulgore micantes martyrum animas niue candidiores excipere conspiciens, & lachrymabundus rem quae cernebat, alijs enarrans: multos ab errore ad veritatem traduxit. Quapropter iussu Almachij plumbeis tamdiu celus est globis, donec in Christi confessione spiritum traderet. Quem sacra virgo Christi Caecilia una cum Valeriani & Tiburtij corporibus honorifice condidit.

Illis autem hoc modo martyrio coronatis Praefectus cum tota auiditate in scrutandis eorum

rum facultatibus excubaret, ipsam quoq; Ca-
 ciliam, quod eas pauperib. distribuisset, com-
 prehendit: comprehensamque ultimo suppli-
 cio affici iussit. Cumque duceretur, ingens po-
 pli multitudo, visa virginis eximia pulchritudi-
 ne, eam profusis lachrymis prosecuti sunt; in-
 dignum facinus clamitantes, tanto decore, no-
 bilitate, & prudentia virginem ad supplicium
 trudi. Multi deinde eam rogare & obtestari,
 ne ita temere decorem amitteret, & aetatem
 specie florentissimam atroci morti subijceret.
 At illa hilari & magno animo ad flentes lu-
 gentesque conuersa: Non est, inquit, & fra-
 tres, hoc vitam perdere, sed commutare. Quid
 An vobis luctu lachrymisque digna videor,
 quae hodie lutum offero, vt aurum accipiam?
 Haec aliaque, admiranda cum pietate dicens,
 tandem sublimiorem quandam conscendit
 petram; vnde tanta cum prudentia ad po-
 pulum disseruit, vt homines plusquam qua-
 dringenti, ad sanctissima Christi sacra tran-
 sissent, seseque Urbano Papae expiandos offer-
 rent.

Dum haec fierent, Almachius Martyrem suo
 tribunali sisti iussit. Ibi cum Tyrannus de ge-
 nere, religione, rebusque alijs multa inquire-
 ret, & illa responsum daret sua fide & prudentia
 dignum, Praefectus virginis constantiam
 admiratus: An ignoras, inquit, quanta polleam
 potestate? Respondit virgo: Tu quidem certe
 ignoras; nam si ex me scire libet, equidem
 paucis indicabo. Humana potestas perinde est,
 ac vter vento inflatus: quem si acu pupugeris,
 omnis tumor repente flaccescit. Post haec

Pp 2 alia-

*S. Cecilia ?
comprehenditur.*

*S. Cecilia
docet per
mortem tem-
poralem per-
ueniri ad a-
ternam vi-
tam.*

*400. bap-
tizantur a S.
Urbano.*

*Praeclarum
S. Virginis
reputantur.*

a *Erat hic* aliaque multa verba vltro citroque; habita, Al-
ille locus in machius plenus furore & amentia, in domum
ba'neis, vbi suam eam reduci, & balnei flamma torreri iuf-
erat e' cali- fit. « Fuit itaque in aere balnei sui inclusa,
dit; nullaq; & toto die ac nocte ingenti lignorum strue
in eo aqua; subtus ardente, ibidem detenta; sed Domino
sed aestus ad proregente ne leui quidem sudore asperla; ita
sudandum; vt locus illi potius refrigerio quam calori ef-
sub cui' loci set. Quo audito Almachius misso carnifice ca-
pauimento pite eam plecti iussit. Et quidem crudelis li-
ignis succen- ctor niueam eius ceruicem tribus ictibus fe-
debat, quo riens amputare non potuit, sed semiputato capi-
pauimentum te eam reliquit. Illa vero, toto, quo superui-
feruentius xit, triduo, non cessauit alumnos suos & dis-
redderetur. cipulos fidei mysteria docere; hortarique, vt
Tertio caesa ad similem martyrij gloriam pijs indefinenter
in capite, operibus aspirarent. Sacrum eius corpus S. Vr-
triduo super- banus Papa noctu inter collegas suos episco-
uixit. pos & martyres sepulturae mandauit: eiusque
 domum ex vltima virginis voluntate in eccle-
 siam consecrauit: vbi diuina in hodiernum vl-
 que diem celebrantur mysteria.

Corpus S.
Ceciliae ac
sociorum re-
pertum a
Paschali Pa-
pa anno Do-
mini 821.

Porrò Anno à Christi Incarnatione 821. cor-
 pus sacratissimae Virginis à Paschali Romano
 Pontifice, ipsa reuelante, repertum est, aureis
 velatum indumentis sanguine adhuc infusus:
 quod inuentum simul cum corporibus san-
 ctorum Martyrum Valeriani eius sponsi, Ti-
 buffij, Maximi, nec non Urbani atque Lu-
 cij Romanorum Pontificum, transfudit in
 Ecclesiam eiusdem Sanctae Ceciliae nomi-
 ne nuncupatam; quam & plurimis donis
 auxit.

Cuius translationis memoriam testatam re-
 liquit

reliquit idem Paschalis Papa: posita antè faciè altaris, inferius in confessione, in marmorea tabula huiusmodi inscriptione:

*Hanc fidei zelo Paschalis primus ab imo
Ecclesiã renouãs: dum corpora sacra requirit,
Eleuat inuentum venerandum Martyris alimã
Ceciliã corpus: hoc illud marmore condens.
Lucius, Urbanus huic Pontifices sociantur:
Vosq; Dei testes Tiburti, Valeriane,
Maxime, cum dictis consortia digna tenetis:
Hos colit egregios deuotè Roma Patronos.*

Hec C. Baron. Tom. 9. Annal. & plura.

Iterum verò post annos ferè octingētos, anno *Secunda in-*
quippè Dominicæ Incarnationis 1599. die 20. *uentio anno*
Octobris, cum iisdem SS. Martyribus sub Cle- *Christi 1599.*
mente Papa, eius nominis 8. lucem aspexit. *& Eleuatio*
Cuius beatissimæ virginis corpus, præfatus *per Clemen-*
Pontifex, veteri cupressina capsã in qua iace- *tem 8. Papã.*
bat, thecæ argenteæ prægrandi, stellis auri ful-
gore micantibus exornatæ, valoris 4392. au-
reorum, inclusa: intactum, immutatumque,
eodem loco in quo fuerat collocatum, post
peracta Missarum solemnia, maxima cum deu-
otione & lachrymis, toto spectante populo,
reposuit xxii. Nouembris; ipso festo virgi- *Corpora SS.*
nis die. Ad cuius latus in alia seorsum capsã *Ceciliæ, Va-*
prædicti tres martyres Valerianus, Tiburtius *leriani, Ti-*
& Maximus requiescunt. Nec non sub ipso *burtij, &*
virginis corpore, in alia similiter arca, præfati *Maximi.*
duo martyres ac Pontifices Lucius & Vrba- *Item Lucij*
nus; prout à Paschali Pontificè omnes in ijs *& Urbani,*
conditi sunt. In pretiosa arca argentea quæ *Romæ asser-*
pretiosissimum Sacræ virginis Cæciliæ con- *uantur.*

inet corpus, eiusmodi est foris posita inscriptio.

Corpus S. Cęcilie virginis & Martyris; à Clemente 8. Pontif. Max. inclusum: Anno M.D.IC. Pontif. 8.

Vide Notat. in Martyr. Roman. & Baron. Annal. Tom. 2. & 1 ubi hæc eadem factis profequitur.

VITA S. CLEMENTIS MARTYRIS

Episcopi Romani, discipuli S. Petri: qui tertius ab eo Sedem tenuit: ex ea quæ est apud Metaphrasten. Passus anno Christi cenesimo secundo, Traiani Imperatoris 3. cum sedisset annis novem, mensibus sex, & diebus totidem: numerando ab ultimo die Vacationis sedis Cleti.

23. Nouẽ.

CVM S. Clemens Romanæ Urbis antistes sanctitate & miraculorum gloria præcellens innumerabilẽ paganorũ multitudinem ad fidem traduceret, Christi q; ecclesiam & multitudinem fidelium & bonorum operum fructu florẽtem redderet, Torcutianus officiorum Comes, inuidiæ stimulis concitatus, Urbis Præfectos pecuniarum largitione corruptos induxit, vt populum odio & seditione in Christianum nomen cõmouerent. Urbis præfecturam obtinebat Mamertinus, cum minores præfecti plebem nouarũ rerum cupidam nullo penè negotio concitarunt, vt Christianorũ Pontificem Clementem ad necem postularẽt. Aliqui tamen nominis illius studiosi contra afferebant, virum illum esse cunctis virtutibus egregiè ornatum, & Reipublicæ salutis vehementer.

Seditio populi aduersus S. Clementem.